15 in penul. colū. in. v. volu. ¶ Itē adde etiā aliū casum in quo fideiussor non habet bñficiū excussiōis sed tenet ipse soluere absq alia excussiōe: qui casus est qn fideiussor impediuit excussionē q̄ fiebat ꝯtra ipm debitorē principalē: qr dānū qd qs sua culpa sentit sibi im putet iurib9 vulgarib9. Si em ipse nō est passus excussionē cōtra ipsam prin cipalē nō pōt vlterius petere cū agi tur cōtra eū qd fiat excussio cōtra ipm principalē debitorē. nā ipse venit con tra illam excussionē que fiebat contra principalē eā impediendo: idō nō debet audiri petēdo excussionē fieri. arg. ei9 qd habet in. l. gñaliter. C. de reb. cre. et in. c. ꝑ tuas. de ꝓba. et eorꝫ q̄ habent in l. sicut. C. de act. et obliga. et in. l. ij. C. qn liceat ab emp. disce. et hec est limitatio
16 mea noua. ad. d. aut. pñte. Ex quo et ego infero ad vnū: tu scis q ille q eri mit aliquē de manib9 familie tenetur ipe ad debitū pro quo ille erat captus tanq si ꝓ eo fideiussisset. tex. est no. in l. quoties. C. de exact. tribu. lib. x. et ibi docto. et voluit Bald. in. l. aditos. C. de epi. audiē. Ange. de are. in. §. penales. insti. de act. doct. in. l. j. ff. ne qs eū q in ius vocatus est vi eximat. et voluit etiā hoc Bar. Bal. Ang. et Pau. de cast. in. l. sed eximēdi. et in. l. se. ꝑ illos tex. eo. tit.
17 ne quis eum q in ius est vi. exi. quin imo fortius dico q nedū ille qui de fa cto eximit recte captū de manib9 fami lie tenetur creditori ad solutionē illi9 debiti ac si ꝓ eo fideiussisset per dicta iura: sed etiā ille q notificauit debitori alicuius q aufugere deberet: qr credi tor su9 ordinabat facere eū capi et de tineri: tenet creditori ad soluendū de bitū illud si ille fugā arripuit: ita not. dixit Pe. de anc. in cōsi. suo. ccxlj. inci. viso themate. l si. Qd istis casib9 talis q̄ habet loco fideiussoris non habebit bñficiū excussionis: et si cōueniat a cre ditore non poterit iste dicere excutias primo ipsum debitorē principalē: eo qr ipe eū excutientē impediuit ꝓpter ei9 delictū: ergo debet ꝑdere tale bñficiū nō em iuuat bñficio. l. q spernit legē et frustra legis auxiliū inuocat q cōmit tit in legē. c. qr frustra. de vsu. et c. an sit. de appel. l. sancim9. §. si vero postq. C. si. C. de iur. delib. ¶ Itē adde hic Pau. de ca. in. l. inter eos. in. §. creditor. ff. in
18 hoc titu. vbi dixit q l3 qn creditor ha bet pign9 dibitoris nō possit cōuenire fideiussorē: hoc dicit esse verum qn pi

gnus pōt cōmode vēdi.ſecus aūt dicit eſſe qn tale pignus nō poſſet cōmode vēdi:q: tūc poſſet agere cōtra fideiuſſo rē:ꝙ dicit eſſe ſing.notā.q: ſi facta ex⸗cuſſione reperiantur bona immobilia ipſi⁹ p̄ncipalis debitoris ſufficientia ſi tñ nō poſſunt cōmode vēdi ⁊ credito ri debetur pecunia perinde poterit cō ueniri fideiuſſor ac ſi nō reperirent bo⸗na:qđ dicit perpetuo eſſe mēti tenē.q: ipſe alibi neſcit hoc dictū:⁊ ita limita⸗bā dictā auť.p̄ſente ego ſolus.quas oēs limitationes tene mēti q: forte fa⸗cilirer ita ſimul collectas nō inuenies alibi vt hic.¶ Itē videas vnā aliā limi tationē p ¶ Cep.in cantela ſua.cxxxviij.
19 incip.ego do tibi.¶ †Itē adde aliā li⸗mitationem qđ fideiuſſor pōt conueni⸗ri nō excuſſo p̄ncipali qñ ipſe fideiuſ ſor negauit ſe fideiuſſorē ⁊ poſtea p̄ba tū fuit ip̄m eſſe fideiuſſorē.nā tūc per⸗dit bñficiū excuſſionis.ita dixit Bald. in auť.cōtra q̄ p̄p̄riā.in.iij.col.C.de nō nu.pec.et Alexan.in.l.ſi dubitet.in.§.j. poſt Bar.⁊ Ang.ibi.j.eo.⁊ Alexā.in.l. etiā.§.licet in dotalib⁹.in.ij.colū.ff.ſo. ma.de quo etiā p Joā.de imo.in.l.ſed hoc ita.§.j.ff.de re iud.ad qđ vide q̄ la⸗tius dicā.j.in q̄ſtione illa an fideiuſſor cōuēt⁹ negās ſe fideiuſſiſſe p̄dat bñfi⸗
20 ciū fideiuſſoris ⁊c. ¶ †Limita etiā ſi fideiuſſor ſuccederet debitori tanq̄ he res:q: tunc extincta eſt obligatio fide⸗iuſſoris ⁊ tenet ipſe fideiuſſor vt p̄n⸗cipalis ⁊ tunc neceſſario ceſſat bñficiū excuſſionis.text.eſt in.l.fideiuſſoris.et ibi Ang.⁊ doc.C.eo.de fideiuſ.qđ tñ re ſtringe vt ibi p Ang.⁊ vide oīno Ang. de are.in.§.ſi qs in fraudē.in.vj.col.in
21 fi.ff.ſi.adde p̄dictis.Inſti.de actio.†⁊ vi⸗de Ang.in.l.ſi.in.j.col.C.de acqui.poſ. vbi dicit ꝙ ſi debitor meus cōſtituit ſe precario nole meo oīa ſua bona poſſi⸗dere ſi poſtea aliqđ ex dictis bonis alienat poſſum petere adueniēte caſu obligationis talia bona alienata ab il lo q̄ illa emit nec requiret ꝙ fiat excuſ ſio cōtra principalē:⁊ idē dixit Bal.in c.cū veniſſet.l vlt.verbis.de reſti.ſpo⸗lia.⁊ vide Ang.i.l.ſtor.in.§.hec actio. in fi.ff.vi bo.rap.⁊ in.l.cū creditorē.ff.

de furt.⁊ mod.in.§.itē ſi in fraudē.inſ ſti.de actio.⁊ Bal.in.l.j.in.§.j.ff.p ſoc. Jaco.but.in.l.ſi.C.que res pig.ob.poſ. ⁊ Ang.in.l.exu⁹.ff.de acqui.poſ.Bald. in.l.j.C.de reuoc.his que in frau.alie. ſunt.⁊ Bart.in.l.creditores.in rep.C. de pigno.⁊ do.Philip.deci.in cōſi.lxſ. incip.in cauſa.in.ij.colū.⁊ Salic.in.l.ſi filiuſfa.ante ſi.verſi.q̄ro nūc quinto.C. ne fil.pro pa.⁊ do.Frā.are.in cōſi.ſuo. xlix.inci.diligēter et mature.in.vj.col. ⁊ Barto.in.l.nomē quoq̄.C.q̄ res pig.
22 ob.poſ.¶ †Et an ſufficiat ſola relatio nuntij dicētis ſe perquiſiuiſſe in bonis p̄ncipalis debitoris ⁊ nihil inueniſſe ⁊ hec dicatur ſufficiēs excuſſio:vide p Alex.in.l.ſi pretor.§.ſi.in lectura.ff.de ope.no.nūtia.et vide que dixi in ſing. meo.cexx.inci.fideiuſſor.et in materia vide oīno Alex.in cōſi.ſuo.ccclxxvj.in cip.in cauſa.in.v.col.⁊ in cōſil.c.incip. diſcuſſis his ⁊c.in.iij.col.circa ſi.in.v. vol.⁊ vide in tabula illorū cōſiliorū.v. volu.in ver.fideiuſſor.Et vide que ego dixi in rep.mea.l.ſi.C.de p̄ba.in.xxxv. cart.in.j.faciata in margine.Et circa hāc materiā fideiuſſor̄.vide not.ab̄bā Are.in tract.maleſi.in verbo p quib⁹ Anto.fideiuſſit in ver.debes etiā aiad uertere ⁊c.i ſi.⁊ vide Soc.in ꝯſi.xxiij. inci.viſis.in.vj.col.ver.ſcđo ex iure ⁊c.
23 ¶ †Et viſis caſib⁹ in quib⁹ fideiuſſor nō h̄z bñficiū excuſſionis lꝫ nō renun⸗tiauerit dicto bñficio ⁊ poſſit cōueniri p̄ūſq̄ principalis.Tene mēte vnum caſum in quo fideiuſſor nō pōt cōueni ri anteq̄ p̄ncipalis etiā ſi renūtiabit beneficio de fideiuſſorib⁹:q̄ caſus eſt qñ qs eſt fideiuſſor indēnitatis.nā tūc neceſſario primo dꝫ cōueniri principa lis debitor ⁊ nō fideiuſſor:lꝫ vt dixi ipſe fideiuſſor renūciauerit bñficio ð fide⸗iuſſorib⁹:⁊ hoc p̄cedit q: natura ipſi⁹ rei et ipſius p̄miſſionis hoc importat: ita ſinglr̄ dixit Bar.i.l.j.C.de cōuenīē. fiſci.debitorib⁹.li.x.⁊ Bart.in.l.q̄ro.in prin.ff.loca.⁊ Bar.in.l.j.C.de decurio. lib.x.⁊ in.l.poſt.j.in hoc tit.⁊ Bar.in.l. ſi pater.ff.de dote p̄lega.⁊ in.l.vnde q̄rit.p illū tex.ff.ꝯmo.⁊ in.l.iij.in prin. ff.de duo.reis.⁊ vide Alexan.in conſi.

cccxxxviij.incip.sup eo.zc.post princ.z
q2 Bar.in dictis locis vr variare:nõ vi
de p concordia Bald.in.l.si p ea.in §.
xij.quero zc.C.mandati.de quo etiam
p Bal.in.l.si heres.in ver.ego mõ q̃ro.
C.de his que in frau.credi.z in.l.j.C.de
senten.que sine certa quanti.Ange.in
aut.vt sponsa.larg.§.z sup hoc.Bald.in.l.
cū qui.ff.si cer.pe.Bald.in.l.si mr.C.ad
velle.z Lu.ro.q allegat Bar.z eū seq-
tur in.d.l.j.z de conue.fisci.debit.et in
consi.suo.ccxj.inci.alle.doc.zc.z in cõ-
si.suo.ccxlj.incip.spectabiles dñi zc.in
ij.col.Bar.in.l.cū querit.§.cõmo.An-
ge.de are.in.l.si qs ab alio.§.j.ff.de re
iudi.Barto.in.l.si qs p eo.§.fi.j.in hoc
ti.Bald.in rub.C.de verbo.signi.z in.l.
cū tibi.C.de cuic.et doc.in.l.ij.extra de
24 fideiuss. ¶ Teneas etiam mēti vnum
aliud q qñq antecꝙ fideiussor possit cõ
ueniri requiritur nedum vna excussio
in bonis principalis sed etiā requirūt
due excussiões añꝙ ipse fideiussor pos-
sit astringi:q̃ casus est.pone tu vis con
uenire fideiussorē:ipse aūt obijcit bñfi-
cium excussionis quo casu cõpetit sibi
si nõ renūciauit vt.d.aut.pñte.quo stan
te tu excutis debitorē pncipalem q̃ fi-
naliter reperit inhabilis z nõ soluēdo
quib9 stantibus creditor agit cõtra fi-
deiussorem z incepto iudicio superue-
niunt aliqua bona ipsi reo principali
vtputa per donationē vel heredis in-
stitutionē vel q2 morit aliqs ab intesta
to cui ipse debitor principalis succedit
tanꝙ proximior vel ex aliquo fortune
cursu superueniunt sibi bona isto casu
poterit fideiussor cogere creditorē agē
tem contra se ad faciendum excussio-
nē de nouo ꝯtra ipsum principalē debi
torē:z idē erit in tertios possessores ex
traneos contra quos agerer per ipsu3
creditorē.ita sing.dixit Pet.et Cyn.in
d.aut.pñte.C.eo.in pe.q̃one.et Bal.in
l.peremptorias.C.sila3 rescri.nõ pos.
in vlti.col.Bal.z Pau.de cast.in.l.fi.§.
j.§.si cer.pe.ita etiā firmauit Alexā.in
consi.suo.c.incip.discusso.in pe.col.in
v.volumi.vbi subdit q etia3 plus' dixit
Ray.in.d.aut.pñte.z Jaco.de bel.in.d.
l.fi.§.j.ff.si cer.pet.vc3 q etia3 qñ dicta
bona superuenissent principali debito
ri lite iam cõtestata cõtra tertiū posses
sorem vel cõtra fideiussorem q adhuc
ipse tertius possessor et pari ratione fi-
deiussor poterit istā exceptionē excus-
25 sionis opponere quia exceptio etiam
dilatoria superueniens reo lite conte-
stata prodest ipsi reo.allegat text.in.l.
si mulier diuerterit.ff.soluto matri.et
tex.in.l.si pecunie.§.fi.ff.vt in pos.leg.
et.l.penul.§.fin.iuncta glos.ff.de vaca.
mu.et.l.fi.ff.rerum amotarum.de quo
ego latius dixi in cõsilio meo.lj.qd in-
cipit super articulo zc.z in.iij.car.cir-
26 ca medium. ¶ Item etiā tene men-
ti q facta excussione ꝯtra principalem
debitorē iudex debet pronunciare cau
sa3 esse recte factā alias nõ poterit de-
ueniri cõtra extraneos possessores:ita
dixit Bald.in.l.tutores.§.de confirma.
27 tuto. ¶ Modo vlterius progredien-
do sequitur videre de beneficio episto-
le diui adriani.i quo breuiter dicas qd
beneficium epistole diui adriani est qd
ꝯ̃uis aliqui sint insolidum obligati ta
men per eius beneficium si omnes pre
sentes sint etiam soluendo tēpore litis
contestate possunt postulare vt diuida
tur actio inter eos z vnusquisꝙ pro vi
rili portione conueniatur:z nisi tali be
neficio iuuarentur posset creditor quē
vellet insolidū cõuenire.Si ergo huic
beneficio sit renuntiatum poterit cre-
ditor quem voluerit insolidum conue-
nire.de quo bñficio epistole diui adria.
habetur in.l.si.C.de constit.pecu.et in-
stitu.eo.de fideiuss.§.si plures.et in.l.
inter fideiussores.j.in hoc titul.et per
Specu.in titu.de renuncia.z conclu.§.
j.ver.in primis.et ibi per Bal.in addi-
tio.in versicu.quatuor sunt beneficia.
28 ¶ Uidēdū est modo de bñficio cedē-
daru3 actionū qd quidē est:vc3 q fide-
iussores q̃ sunt obligati in vna obliga-
tione possunt petere quando astringū-
tur soluere sibi cedi iura ab ipso credi
tore contra alios fideiussores alioq̃n
nisi sibi credant talia iura pñt recusa-
re solutionē facere de quo bñficio hr l
l.fideiussorib9.j.eo.et in.l.modestinus.
j.de solu.et in.l.stichum:aut pamphi-

tum.§.ps.eo.ti.z per Spec.in dicto tit. de renun.z conclu.§.j.ver.postremo di cendū.z p Bal.in dicto versic.quatuor sunt beneficia zc.Si tamē ipse fideiussor huic beneficio renunciauerit poterit conueniri absq eo q sibi credant.in
29 ra fm doct.in dictis locis.† Et tene tñ menti q renunciatio facta de hoc bñficio cedēdarū dz specialiter et expresse ad hoc fieri vt ipse fideiussor renūtiās possit astringi sine cessione:nec sufficeret generalis renūciatio omniū bñficioꝝ facta a correis seu a fideiussoribꝰ: qz talis renunciatio gñalis olm beneficioꝝ facta a correis vel a fideiussoribꝰ nō extenditur ad bñficiū cedendarum actionū:ita dixit not.Bal.in.l.si diuersa.C.loca.quē refert z sequit do.Alex. in.l.hi q̄.j.eo.in suis apostil.ad Barto. et in.l.si ex duobꝰ.§.si a titio.ff.de duobus reis.idem firmat Lud.ro.in cōsil. sīo.cccclxxij.incipiē.in eo q queritur. circa medium:q dicit probare quatuor rationibꝰ.Primo qz gñalis ademptio beneficioꝝ nō extendit ad illud beneficiū:q quis habiturus est non statim: sed post alicuius cōditionis ei adiecte implementū casum.alleg.quē dicit singularē.in.l.paulo.§.pomponius.ff.de lega.iij.sed hoc beneficiū cedendarum actionum cōpetit correo seu fideiussori sub tacita cōditione si soluere solidum agenti paratus sit:z sic ex eius implemento dependet:vt.l.modestinus.j.de solutio.Scdo dicit ipse Ludo.qz generalis renūtiatio iurium seu ademptio nunq extendit ad exclusionē illius iuris qd habet ortū ex causa de futuro:q patet:qz tūc incipit cōpetere cū vnꝰ ex correis seu fideiussoribꝰ insolidū cōuenitur:z insolidum est paratus soluere:
30 igitur zc.† Tertio qz gñalis renunciatio exceptionum nunq intelligit illaz exceptionē excludere que ortuz habet ex facto aduersarij agētis casus est nota.ff.de contrahē.emp.l.q officiū.§.fi.et facit.l.cum proponas.C.de nau.feno.
31 ¶ † Quarto z vltimo dicit ipse Lu.roma.si causa renunciationis generalis adiuncta renunciationi speciali solum ad eos casus trahitur qui sunt specialiter expressi:similes seu minores non autē maiores:seu grauiores:vt expresse firmat Guil.de cu.cuius opi.oēs sequuntur canoniste.in.c.j.de commo.q hac ratione probat:qz genus iniunctū speciei per copulatiuā coniunctionem intelligitur ea solū includere que sunt
32 eiusdē qualitatis seu silis speciei:† cum cū alternatiua solū cadere videt inter equipolētia vel parū distātia:vt probatur.ff.d vi.triti.lega.l.fi.§.cui dulcia.et de penu.lega.l.nāq liquide.§.si cui penus.z de rebus dubijs.l.j.de appel.l.j. §.sed non semper.iuncta glo.in versic. ob aliam iustā causam.z glo.in.l.si fugitiui.in glos.super.ver.alia pena.C.de seruis fugi.z de rescript.c.sedes.de ps cu.clam nō pōt:sed hoc beneficiū cedēdarum maius est et grauius est oībus his quibus est specifice renunciatū:vt
33 expresse apparet:ergo z† subdit postea ipse Lud.ro.ibi q etiā si esset iuratum super tali renuntiatione generali non extendit tñ ad hoc beneficiū cedendarum:quia ad illos solum casus iuramētum refert:ad quos refertur renuntiatio z non vltra alleg.in argu.l.fi.qui satisda.cog.l.fi.C.de non nume.pecu.z.l. fi.ad municipa.z ita dicit tenere Bart. in.d.§.questitum.ita residet ipse Ludo. roma.in hoc passu in dicto cōsilio suo: ex quibꝰ oībus apparet firma cōclusio q in generali renunciatione omnium beneficioꝝ non intelligit esse renūtia
34 tū bñficio cedēdaꝝ. ¶ † Restat modo videre de bñficio noue cōstitutiōis de duobus reis:de qua habetur in autēti. sed hoc ita.C.eo.q quidam beneficium fraternizat cum beneficio epistole diui adriani:nam per tale beneficiū subuenitur duobus reis debendi vel promittendi vt possint postulare se nō teneri nec conueniri posse insolidū:sed pro parte:sed si renuntiarent huic beneficio posset creditor cōuenire insolidum quē vellet:de quo per Specu.in tit.de renuntia.z cōclu.in.§.j.ver.sicut videre.et per Bal.ibi in additio.in di
35 cto versi.quatuor beneficia. ¶ † Restat modo vltimo loco videre de importantia clausule et omni alteri legū z iuris

auxilio pro se faciente ⁊c.in quo dicas q̄ hec clausula importat q̄ si nō esset aliter renunciatū/expresse tamen per dictam clausulam intelligitur esse renuntiatum oībus exceptionibus in fauorē ipsius renūciantis facientibus:ita dixit Bal.in.l.j.C.de cōueniendis fisci debito.lib.x.circa.iiij.col.⁊ do.Alexan. in consi.suo.xj.incip.viso ⁊c.in.j.volu. in.v.colū.⁊ in cōsil.xlij.incip.super p̄emisso.in.xj.col.in.j.vol.p̄ quib⁹ faciūt dicta per Pau.de cast.in.cōsil.suo.lxxij. inci.visis.⁊ facit tex.in.l.fi.iūcta doctrina Bart.in aut.matri ⁊ auie.C.qñ mulier offic.tute.fungi pōt.de qua clausula etiam vide Alexan.in cōsil.ccclxxvj. incipi.in causa executionis:⁊ Ludoui. ro.consi.cclj.incip.clarissime.vbi dicit q̄ per dictam clausulā intelligitur nō solum esse renunciatū auxilio iuris ciuilis:sed etiam auxilio iuris municipalis:licet secus videretur:quia cū nominamus ius in dubio de ciuili intelligimus:vt habetur institu.de iure naturali.§.sed quoties.cum multis si.de qua etiam clausula vide Ludo.roma. consi.cccclxxij.inci.in eo quod querit. circa mediū.et Spe.in ti.de renū.⁊ cōclu.§.j.in.xiij.col.ver.item ḡnaliter ⁊c. do.Fran.de are.in consi.xxxiij.inci.cōsultatio premissa.in.v.col.Soc.in cōsi. suo.cxiiij.inci.in causa nostri ⁊c.⁊ do. Philipp.deci.in cōsil.suo.xxvij.in fi.j.

36 col.⁊ ibi in.iij.col.ante mediū.¶ †Modo visis ð istis beneficijs:quero an valeat renunciatio ipsorum beneficiorū quando renuntians nescit talia beneficia sibi cōpetere:in quo dicas q̄ non: quia si aliqui puta minores mulieres: rustici vel similes intercedunt p̄ alio ⁊ nescientes talia beneficia sibi competere illis renuntiant:talis renūtiatio nihil operatur:quia non videtur quis renuntiare iuri qđ ignorat sibi competere:vt in.l.mater decedēs.ff.de inoffi. testamen.⁊ facit.l.fi.in argumen.C.de furt.in.§.finautē.⁊.l.cum aquiliana.et ibi docto.ff.de transact.⁊.c.ad apostolicā.de regula.ita tenet Specu.in titu. de renū.⁊ conclu.§.j.versi.cessat autē. Hostien.in sum.in titu.de fideiuss.§.et si quis.in ver.idē est.⁊ Jo.an.in.c.ij.de

37 pac.in.vj.vbi dicit† q̄ in qualibet renūtiatione requirit̄ certioratio.de quo etiā p̄ do.Frā.are.in cōsi.xxxiij.inci.cōsultatio p̄missa.in.v.col.post me.p̄ Alxan.⁊ alios.l.l.fi.§.fi.ff.ad velle.⁊ lati⁹ per Alex.⁊ doc.in.l.sciendū.ff.de verb.

38 obli.vbi etiā doc.tenēt.†Idē etiā si in tali renūtiatione interuenerit iuramētum:secus aūt si fuerūt certiorati:quia tūc renūtiādo obligant̄ vt in dictis locis:⁊ ideo mos est/q̄ notarij certiorāt cōtrahētes de bñficijs sibi cōpetētib⁹: ⁊ hoc attestantur in ipsis instrumētis: lȝ forte talis eoꝝ attestatio non plene probet dictā certiorationē:vt p̄ doc.in d.l.sciēdū.⁊ in alijs locis p̄rime alleg.

39 ¶†Teneas tū p̄petuo no.cautelā ad faciendū corruere obligationē:seu instrumētū vt facias q̄ iudex interroget notariū q̄ attestat̄ se certiorasse partē seu illū qui renūtiauit bñficio quid est illud bñficiū qđ ipse asserit certiorasse partē:⁊ hoc casu:si ipse notari⁹ nesciat nō valebit tale instr̄m nec talis obligatio:q: nō pōt certiorasse partē de eo qđ ignorat:⁊ si pars non habuit notitiā et nō fuit certiorata de bñficio sibi cōpetēti:lȝ eidē renūtiauerit:tñ nō valet renūtiatio:vt dixi.s.ergo corruet instr̄m ⁊ obligatio:ita singulariter dicit Albe. de rosa.in.l.fi.§.fi.ff.ad velle.vbi refert hoc habuisse in facto:et practicasse et obtinuisse.(Vide do.Rochus cur.in.c. fi.in.cvij.col.de cōsue.) Quā doctrinā sequit̄ ibi Rap.fulg.⁊ do.Alex.post eū subdēs ipē Alex.q̄ p̄ hac doctrina Albe.facit gl.in.l.ḡnali.C.de tab.lib.x.vbi querit an notarius debeat scire leges: postea ipē do.Alexā.se remittit ad dicta p̄ eū.in.l.sciēdū.ff.de verbo.obli.et in.d.l.sciendū.in.viij.colū.primo dicit illud dictū Albe.p̄petuo mēti tenendū postea mutat opi.⁊ dicit q̄ contra hoc dictū ⁊ hāc practicā Albe.facit text.et doctrina Bart.ibi cōiter approbata.in l.si qs in graui.§.j.ff.ad sille.vbi Bart. cōcludit q̄ si testis examinat⁹ in causa deposuit cōtra titiū.postea in articulo mortis dicit se deposuisse falsum:vel iudex in articulo mortis dicit se tulisse

falsam salam ꝯ titiũ ꝙ ꝑ hoc nõ infrin
git: ꝙ factũ est:ita ergo vꝫ ſꝫ eẽ in casu
Alberi.ꝙ nõ attẽdat illa respõsio nota
rij l qua dicit se ignorare q̇d sit illd bñ
ficiũ:ꝛ sic ad infrigẽdũ instrm cũ posset
hoc malitiose rñdere:vt damnificaret
partẽ:ex q̇bꝰ dicit ibi do.Alex.ꝙ in pũ
cto iuris teneret ꝯ Albe.¶ Mihi aũt
vꝫ ꝙ opi.Albe.sit verior nõ obstãtibus
dictis ꝑ do.Alex.nã illã doctrinam ibi
sequitur Rapha.fulgo.et pro ipsa facit
glos.in.d.l.generali.C.de tabula.lib.x.
quaꝫ alle.pro illo dicto Albe.do.Alex.
in.d.§.fi.ꝛ illam doctrinã sequit Alex.
in apostillis in.d.l.generali.C.de tabu
la.lib.x.itẽ quia plures presumptiões
cõcurrũt pro ista parte:ꝙ̃ pro cõtraria
parte.concurrit cm̃ ꝓsumptio ignorã
tie cuꝫ scire q̇d sit bñficiũ velleiani est
quid extrinsecũ:ꝛ extrinseca nõ presu
muntur.l.ex quacũqꝫ.C.de publi.cũ si.
itẽ hoc ꝓcedit maxime in hoc casu in
quo est magis presumenda ignorantia
ꝙ̃ scientia dicti bñficij velleiani in no
tario:qꝛ vt cõiter contingit ꝛ experien
tia rerũ magistra hoc docet ꝙ notarij
vt plurimũ sunt ignorãtes et si reperi
tur vnus doctus ꝛ expertus reperiun
tur.xxv.ignari et inexperti nullam ha
bentes noticiam similium beneficio
rum.Concurrit et alia presumptio qd
si ipse notarius sciret quid esset dictũ
beneficium:et de hoc haberet doctri
nam et intelligentiam vellet fateri et
vellet ostendere se ignorãtẽ ꝛ se vitu
perare:vt tertio cõplaceret:nam quili
bet cupit melius sibi ꝙ̃ alteri:ꝛ prima
charitas incipit a seipso.l.preses.C.de
serui.et aqua.quinimo nedum homo
ostendit liberaliter scientiã suã ꝛ illud
qd scit vere sed multoties ostẽdit scire
qd penitꝰ ignorat vt quotidie dignosci
tur.Ideo non est presumẽdũ ꝙ ipse no
tariꝰ assereret se nescire quid est illud
beneficium velleiani si illud sciret:et
ex istis presumptionibꝰ mihi vꝫ verior
opi.Ab.ꝛ Fulgo.¶ Nõ obstãt mõ ad
ducta in contrariũ ꝑ do.Alex.ꝛ primo
nõ ob dictũ Bart.in.d.l.si q̇s in grau.
§.si q̇s moriens.qꝛ rñ.ꝙ nõ est bona si
militudo nec vꝫ argu.l hoc casu de te

ste ꝛ indice ad notariũ:qꝛ l casibꝰ istis
est magna drĩa inter eos ꝙ patet: nã il
lud qd asserit notariꝰ in casu Albe.nõ
potest ꝓbari alio medio nisi solo dicto
ipsiꝰ notarij cũ sciẽtia vel ignorãtia ali
cuiꝰ rei in hoie stet in solo intellectu
ipsiꝰ hois ꝛ ꝑ cõsequẽs nõ possit aliter
40 ꝓbari ꝙ̃ ꝑ dictũ ipsiꝰ:qꝛ † in his q̃ de
pẽdẽt ex animo alicuius stat dicto suo
cũ eiꝰ iuramẽto ſm glo.in.§.alie.insti.
de actio.quã alle.ꝛ sequit Pe.d anch.
in cõsi.suo.clviij.in fi.inci.ratiõ ꝰs q̃ su
periꝰ ꝛc.ꝛ Ang.in cõsi.suo.cccxiij.inci.
viso dicto testamento.in.ij.col.circa fi.
ꝛ facit gl.in.c.si vero.el.ij.de sen.excõ.
ꝛ gl.in.c.significasti.de homi.ꝛ tex.l.c.
lectũ.xxxiiij.q.vi.ꝛ l.c.innotuit.d elec.
ꝛ in.c.pastoralis.de exce.ꝛ facit gl.in.l.
si cui.§.isdem.ff.de accusa.et glos.in.l.
at q̇ natura.§.cũ me absente.ff.de ne
go.gest.et glos.in.l.fi.in glos.magna.C.
de anna.except.glos.in.l.j.§.hoc inter
dicto.ff.de iti.actuqꝫ priua.ꝛ faciũt di
41 cta ꝑ Bal.in.l.celsus.C.de vsuca.† Fa
ciat etiã nã sciẽtia vel ignorãtia cũ pẽ
deat ex solo animo ꝓbatur ꝑ iuramen
tum eius qui eã allegat ſm do.Ant.in
c.cũ in tua.qui matri.accusa.pos.ꝛ vo
luit glos.in.c.quia humanis.xij.q.ij.gl.
in.c.proposuisti.lxxxiij.distin.et voluit
Abb.in.c.innotuit.in vlti.col.de elect.
et Abb.in.c.ij.de constitu.vbi alle.ad
hoc plures gl.ꝛ Abb.in cõsi.suo.xxxv.
incip.videtur primo.in vlti.col.vbi ad
hoc alleg.pro singu.glos.in.d.c.propo
suisti.ꝛ hoc etiam voluit Oldra.consi.
cclxxxj.inci.in electiõis negocio.in.ij.
col.vbi alleg.hoc tenuisse Innoc.in.c.
illam.in vlti.col.de elect.et ibi hosti.et
Cõpostel.ꝛ in.c.cũ dilec.de cõsuetu.in
glo.magna.ꝛ voluit etiã Pe.de anch.
in dicto cõsi.clviij.in fi.ꝛ in cõsi.clxxiij.
incip.dñs Lazarius ꝛc.in vlt.col.ꝛ Ce
po.in cõsi.xxiiij.inci.visa accusa.in pe.
col.vbi alle.ad hoc.l.marcellꝰ.ff.rerũ
amo.l.pñti.C.de his qui ad eccle.cõfu.
c.j.de purg.cano.et dicit ꝙ hoc tenuit
42 Ang.in.l.plagij.la.ij.ff.de plagia.† sed
in casu Barto.in.d.§.si quis moriẽs.in
teste ꝛ iudice est diuersa ratio:quia nõ
statur solo dicto testis ꝙ dixerit falsuꝫ

vel solo dicto iudicis qd tulerit falsam sentētiā quia non statur solo dicto ipso rū: sed ista possunt aliter probari. nā in teste pōt pbari p aliquos cōtestes vel p cōfessionē partis vel aliter z i iudice pōt pbari de iustitia vel iniustitia snie ex inspectione pcessus: nimirū ergo si nō credit eorū dicto cū ei⁹ dictū vt dixi nō faciat plenā ppationē. sec⁹ autē est in notario asserēte se nescire qd sit bñ ficium velleiani q2 si dicat illud nescire ei⁹ dictū facit plenā fidē attēto q hoc depēdet ex alo suo solū z aliter nō pōt probari vt dixi: et scientia vel ignorantia probatur per dictum asserentis: vt satis dictum est: respondeo z aliter nō obstare dictū Barto. in. d. §. si quis moriens. quia tale dictū testis vel iudicis in articulo mortis dicētis se falsum dixisse: vel falsam snīam tulisse nō sperni tur nec refutat in totū: s3 facit iudiciū cōtra eū l cui⁹ fauorē testificatū est vel sententiatū fm Ang. ibi q ēt approbat ibi Lud. ro. dūmodo talis testis vel iudex hoc deponāt cū iuramento: et ideo videtur sentire Bald. in auf. si dicat. C. de testi. z in. c. literas. in fi. de presump. z in. c. qm frequenter. vt lit. nō cōtesta. Preterea ego et si minimus sim attamen nō habeo illud dictū Bar. in. d. §. si quis moriēs. in totū p vero z expedito. Et ad hoc dicēdū nō moueor ex certa vice mea: sed moueor iurib⁹ z doctrinis notabilibus moueor enim pmo ex glos. singu. et vnica apud omnes in. l. j. in glos. fi. circa mediū. C. de fal. cā adiecta legato: q dixit q l3 cfessus sit se habuisse z recepisse pecuniā ab aliq posset infra bienniū opponere exceptionē nō nu. pecu. l. in ctractib⁹. in prin. C. de nō nu. pecu. cū si. tñ cōfitēs in articulo mortis se habuisse z recepisse pecuniā ab aliquo ipse nec ei⁹ heres nō poterit opponere talem exceptionē: quia moriens non expectabat futurā numerationē: z illā glos. ibi multū commendat Bal. in. j. col. in fi. z illa etiam pro singulari ad hoc allegauit ipse Bald. in titu. de pace constan. in versi. vasalli nostri. z Bal. in. d. c. literas. de presump. et illam sequitur Alexan. in consi. suo. xlv.

inci. habita. §. his. in princi. iij. colum. in. j. volumi. Moueor etiam ex doctrina Ang. in cōsi. suo. v. inci. visis instrumentis z iuribus. in fin. vbi dixit q cōfessio facta in extremo vite preiudicat nec presumitur facta spe future numerationis: ad hoc etiam me mouet nota. verbum do. Anto. in. c. si cautio. in iiij. colū. de fide instru. vbi dixit: q2 licet alias confessio sine causa nō valeat. l. ij. in. §. circa. ff. de doli excep. fallit tñ nisi sit facta in mortis articulo: q2 tūc valebit nec poterit reuocari: z hoc p glo. predictā et p gl. in. l. j. in fi. in ver. apud iudicē. ff. de iterroga. actio. quā ad hoc dixit singu. Barba. in repe. rubri. de fid. instru. in. iij. car. in. iij. col p qua dt esse casum. z hoc voluit ibi Bal. in. l. sicut. j. de repu. here. z bñ facit fm eū ibi tex. l. l. eū pro quo. ff. de in ius vocan. z dicta gl. in. d. l. j. de interga. actio. alle. et sequit do. Alex. in cōsi. suo. xiij. ici. ex his que in themate zc. in. iiij. col. in. j. volu. z dicit q hoc sentit glo. in. c. si. extra de cōfes. z Cy. in. l. gñaliter. C. de nō nu. pecu. de quo latius dixi legendo. in. l. contrahit. ff. de pigno. z in repe. mea. l. fin. in. lxxiij. car. C. de pba. Ex istis ergo apparet q creditur z statur cfessioni alicuius facte in mortis articulo z sic cōtra dictū Bar. in. d. §. si quis moriēs. et licet ista iura per me adducta loquat solū quo ad preiudiciū ipsius confitentis z nō tertij: z illud dictū Bar. loquat quo ad preiudiciū tertij attamen forte idē posset dici quo ad preiudiciū tertij cū talis in extremo vite sue cōfitēs presumatur dicere veritatē: nec presumat indebite z cōtra vitatē velle obesse ter

43 tio: † quilibet enim presumitur memor salutis eterne. l. si. C. ad. l. iuliā. repetū. c. sancim⁹. j. q. vij. z maxime ille qui laborat in extremis cōtra quē nō pōt cadere aliqua presumptio q mētiat q2 si vnq habeat veritas ab hoīe habet qn

44 est recessur⁹ ab hoc seculo: † z iō dixit Bald. in consil. suo. xxv. incip. casus zc. in. ii. colum. in. j. volu. q moriens non presumitur mentiri. z ideo in inclyta ciuitate Mediolani viget quoddam decretū ducale quo cauet q vltima cfes

Soni reorū facte q̄n debēt decapitari
⁊ sunt ibi ante suppliciū vel super fur-
cis stetur dicto eorum circa delictum
per eum commissum.s.circa socios vel
auxiliantes vel mādantes vel associā-
tes vel similes:et illud ducale decretū
vult ꝙ talis vltima cōfessio rei et vlti-
mū dictū habeat̄ ꝓ plena ⁊ plenissima
ꝓbatiōe.ꝙ quidē ego pluries vidi pra
cticari in dicta ciuitate Mediolani dū
morā traherem cū Illustrissimo duce
Joanne Galeacio tūc duce Mediola-
ni ꝙ decretū ꝑfecto h̄z rōnē ī se:qr ꝯsti
tut⁹ ī vltimo vite sue cognoscēs de ꝓx-
ximo animā debere separari a corpore
nō presumit̄ aliqua presumptiōe decla-
rare ⁊ mentiri. ¶ Rn̄deo ⁊ aliter ꝙ di-
ctū Bar.in.d.§.si q̇s moriēs.nō h̄z ob-
45 stare doctrine Albe.qr †dicta doctorū
sunt intelligenda s̄m leges quas alle-
gant s̄m Bar.in.l.nō solum.§.si libera
tionis.ff.de libera.leg.⁊ Ludo.ro.in re
pe.rubr.ff.de arbi.in.viij.car.in.iij.col.
in fi.sed Bar.pro dicto suo alle.tex.ibi
in.d.§.si q̇s moriens.q̇ tex.nihil obstat
dicto Alberi.qr loquit̄ in cā criminali
vcz vt non credat̄ dn̄o asserenti se vul-
neratū a seruo ꝙ ꝑfecto rationabile ē
qr in causis criminalib⁹ ꝓbationes de
bēt esse luce clariores.l.fi.C.de proba.
itē qr esset vnic⁹ testis:ergo nō ꝓbaret
etiam in causa ciuili.l.vbi numerus.ff.
de testi.cum vul.Item qr in causa pro-
pria:ergo propter ista non creditur do
mino in dicto casu:sed ista cessant in
casu Albe.qr sum⁹ ī causa ciuili.itē qr
ipse notari⁹ hoc asserēdo facit plenam
ꝓbationē vt dixi:itē nec deponit in cā
ꝓpria ergo ille tex.nec doctrina Bart.
ibi habent obstare dicto Alberi.in.d.l.
fi.§.fi.ff.ad velle.⁊ id ex istis forte dictū
Bart.⁊ sequaciū nō est tutū.⁊ ideo ego
intelligerē illud dictū Bar.in moriēte
qui nō esset cōpos mētis sed vacillaret
vt cōiter accidit ī morituris de ꝓximo:
secus autem crederē in morituris de
ꝓximo qui fruunt̄ intellectu ⁊ vera co-
gnitione ⁊c. ¶ Nō ob.mō illud qđ vlti-
mo loco alle.d.Alexā.contra doctrinā
Albe.in.d.l.fi.§.fi.vcz ꝙ nō credit̄ no-
tario rn̄dēti se nescire q̇d sit beneficiū

velleiani:qr posset ꝗ malitiose asserere
⁊ dicere ꝙ dānificaret partē ⁊c.qr ad
hoc est facilis respōsio q̇ est ꝙ hoc non
presumit̄ esse nec fieri ab ipso notario
46 †cū q̇libet presumat̄ bon⁹ ⁊ fidelis.l.
nō omnis.§.a barbariis.ff.de re mili.l.
47 merito.ff.pro soc.cū vulga.†et vbi po
test capi duplex intellectus ⁊ capiēdo
vnum quis dicitur delinquere ⁊ capiē
do alium non dicitur delinquere tunc
semper in dubio sumit̄ intellectus per
quem quis nō dicatur delinquere:ita
optime ꝓbat doctrina Barto.in.l.non
solum.§.sed si cū posset.alias.§.sed vt
probari.ff.de ope.noui nuncia.quā do
ctrinam refert ⁊ sequitur Abbas in.c.
auditis.de prescrip.in antepenul.colū.
et Ludouic⁹ roma.in cōsi.suo.cxiij.in-
cipien.pro decisione ⁊c.vbi alle.etiam
nota.per Bald.in.l.matrem.C.de pro-
batio.⁊ per eundē in.l.eū actū.C.de ne
go.gest.ꝓ quo faciūt dicta per Bart.in
l.ij.in fine.ff.de duo.reis.vbi dixit ꝙ si
accusat⁹ est titius ꝙ cognouit carnali-
ter Bertā ꝑ viz ꝙ ꝗ dicūt testes:ꝙ dz ī
telligi ꝙ ip̄e titi⁹ est passus viz ab ipsa
48 vt excludat̄ dol⁹:⁊ delictū.†Et faciūt
dicta ꝑ Bar.in.l.verū.ff.de fur.vbi di-
cit ꝙ si duo fecerūt pacē insimul⁊ pro-
miserūt se n̄ offēdere sub pena.mō vn⁹
adulterat vxorē alteri⁹:an cadat ī penā
decidit ibi Bar.ꝙ nō:qr debem⁹ poti⁹
presumere ꝙ hoc fecerit libidinis cau
sa q̄ꝫ causa iniuriandi illum:et hoc vt
euitetur delictum.pro quo facit qđ vo
luit Innoc.in.c.ad audientiam.de ho
49 mi.†Et adduci potest glo.sing.apud
omnes.in.c.clerici.lxxxj.distin.que di-
xit ꝙ si duo testes clerici testificāt̄ me
deliq̇sse ī hoc loco hac hora:duo alij te
stes laici testificant̄ cōtrariū.s.me non
deliquisse ī dicto loco illa hora:ꝙ hoc
casu credet̄ testib⁹ laicis deponētibus
me non deliquisse:licet clerici dignio-
res sint laicis:vt habetur in.c.deniq̄.
iiij.distinc.et in.c.duo sunt genera.xij.
q.j.et habetur in.c.cum ex iniūcto.de
heretic.⁊ in.c.sacerdotibus.xj.q.j.et di
gnioribus standum esset.c.in nostra.
de testi.l.ob carmen.ff.eodem.de testi.
cum si.et illam glo.in.d.c.clerici.dixit

singu. Ludo.roma.in cõsi.ccxlj.incipi.
spectabiles dñi collaterales.in.j.colũ.
50 †.p quib⁹ facit nã semp in dubio debe-
mus in benigniorẽ partẽ inclinare.l.
semp in obscuris.ff.de reg.iur.l.arria-
nus.ff.de actio.ꝛ obli.l.absentem.ff.de
51 pe.cũ si.†Et pro istis etiã adduci põt
tex.no.quẽ ibi doc.dicũt singu.in.l.mi-
les.§.defuncto.ff.de adulte.vbi habet
ꝙ fili⁹ nat⁹ ex meretrice maritata pre-
sumit esse mariti ꝛ nõ adulteri vt euite
tur delictũ:licet posset esse tã adulteri
ꝙ mariti:quẽ text.ad hoc alle.d.Alex.
in cõsi.suo.xxxvij.incip.in causa mota.
in.v.col.circa mediũ in.j.vo.facit etiã
glos.in.c.pastoralis.in verbo exonera-
52 re.de offi.delega.†Et adduci etiã põt
text.ꝛ glos.singu.in.c.sup literis.de re
scrip.que dixit ꝙ licet quis suggesserit
falsam interpretationẽ rescripti ꝙ nõ
presumit ꝙ fecerit hoc per dolũ:sꝫ per
53 simplicitatẽ.†Et facit glos.ꝛ qᷝ ibi di-
xit Ange.in.l.ex cõsensu.ff.de appel.q̃
voluit ꝙ quelibet cã colorata excuset
a dolo lꝫ sit fatua.ꝛ idẽ voluit glo.in.l.
j.ff.de eo ꝑ quẽ factũ erit.et gl.in.l.j.ff.
54 si quis ius di.nõ obtẽpe.†ꝛ facit glos.
in.c.cũ venerabilis.extra de cõsuetu.q̃
dixit ꝙ cõsuetudo etiã iniqua excusat
55 a delicto.†Et faciũt dicta ꝑ do.Alexã.
in cõsil.suo.lxx.incip.viso ꝓcessu.in.ij.
col.in.j.volu.vbi dixit ꝙ vbi verba pos
sunt trahi ad falsum ꝛ nõ falsum fit in
terpretatio ꝙ nõ contineãt falsum.ita
dicit voluisse glos.in.l.iurisgentiũ.§.ꝙ
ferre.in ver.approbet.ff.de pac. quam
ibi ponderãt doc.sm eũ.ꝛ Bal.in.l.im-
perator.ff.de statu.homi.ꝛ Sal.in.l.de
56 tutela.C.de in integ.rest,mino.¶†Et
facit not.verbũ Bart.qᷝ superioribus
annis habui in facto apud ianuam in
l.quoties.§.j.per illum.ff.de hered.in-
sti.vbi dixit ꝙ si reperiatur ꝙ notarius
aliter scripserit quã dictũ fuerit a par
tibus tẽpore actus gesti qᷝ ꝓsumitur
potius per errorẽ quã per dolũ:ꝛ ꝙ no
tarius excusat a falso qᷝ cõmitti nõ po
test sine dolo.l.nec exẽplũ.C.de fal.qᷝ
dictũ refert ꝛ sequitur.do.Alex.in ꝯsil.
lxxiiij.in.iij.car.in.j.colũ.in.j.volumi.
57 †Et faciunt optime dicta per Bart.in
consil.suo.cviij.incipi.in.q.vertẽte in-
ter dñꝫ.R.ꝛ.S.vbi dicit ꝙ qñ aliquod
verbũ profert ab aliquo ꝯtra aliquẽ ꝙ
põt sonare in iniuriã:et non iniuriã:ꝙ
accipiẽdũ est i mitiorẽ partẽ:vꝫ ꝙ nõ
sonet in iniuriã.ꝑ.l.si de interpel.ff.de
58 pe.†Et facit qᷝ dixit Ang.in trac.ma-
lefi.in verbo falsario in primis verbis
vbi dixit ꝙ a dolo quis excusat quibus
cunqꝫ excusationib⁹ vel presumptioni
bus etiã iniustis.alle.l.igit.§.j.ff.de li.
causa.ꝛ.l.j.in fi.ꝛ ibi Bar.ff.de abige.ꝛ
alle.etiam dictũ Bar.in.d.l.quoties.§.
j.ꝛ eũ sequit ꝛ subdit qᷝ Bal.in.l.j.C.ᷝ
sacrosan.eccle.dicit ꝙ q̃ciescunqꝫ vnũ
verbũ põt importare falsitatem ꝛ non
falsitatẽ:facimus cõiecturã ꝙ falsitatẽ
nõ importet:pro quo sm eũ faciunt di-
cta per Bal.in.l.errore.C.de testa.alia
59 etiã alle.de quib⁹ ibi per eũ.†ad predi
cta etiam facit glos.in.c.ne quis arbi-
tret.xxij.q.ij.que dixit ꝙ verba impro-
prient:vt quis dicat bonus.ꝛ facit glo.
in.c.nauiganti.extra de vsur.q̃ dixit ꝙ
in dubio quis;nõ presumitur vsurari⁹
ꝛ facit glo.in.c.accedẽs.de cri.fal.que
dixit ꝙ in dubio quis non presumit fal
sarius:ꝛ facit no.dictũ Bal.in.c.in pre-
sentia.in.iiij.col.ver.pone quidã.extra
60 de ꝓba.†Et facit glos.in.c.absit.xj.q.
iij.que dixit ꝙ si cleric⁹ osculat mulie-
rez presumit causa benedictionis hoc
facere.quam glos.ad hoc refert Ange.
de are.in trac.malefi,in verbo che hai
adulterata la mia dõna.versi.an patri
liceat vbi iocose subdit ꝙ a tali bene-
dictione clericorum liberet nos deus.
61 †Et vltra predicta adduci potest glos.
in.l.ij.§.ignominiosa.in ver.cur miles.
ff.de his qui no.infa.que dixit ꝙ in du
bio miles non videt remissus a milit'a
ꝓpter dolũ.ꝛ faciũt optime dicta ꝑ me
in repe.mea.l.fi.C.de ꝓba.in.l.car.vbi
in materia ista cumulaui plusqꝫ centũ
iura ꝛ doctrinas:et loquut⁹ sum nedũ
ad saturitatẽ sed potius ad fastidiũ in
hac materia.¶Et ex istis satis liq̃de
ꝯstat ꝙ nõ ob illud qᷝ vltimo loco ad-
duxit.d.Alexã.cõtra dictũ Albe.in.d.l.
sciẽdũ.inquãtũ dixit ꝙ notari⁹ dicẽs se
nescire q̃d sit bñficiũ velleiani istud di

ceret fraudulēter seu malitiose vt dā-nificaret partē:qꝛ istud l dubio nō pre-sumit:imo magis presumit cōtrariū p supradicta:ꝛ sic mō ex istis omnib⁹ su-pradictis simul cōiūctis videt mihi ꝙ doctrina Albe.de rosa.in.d.l.fi.§.fin.ff. ad velle.sit verior et sustentabilior ꝙ opi.d.Alex.in.d.l.sciēdū.que ola tene mēti qꝛ sunt noua nec ab aliquo scribē te dicta vsq; l presentē diem:ꝛ vide in materia doctrine Alb.Cepo.in caute-la.cxcvj.incip.notarius ꝛc.ꝛ ibi in cau

62 tela seq.¶Modo reuertēdo ad ma-teriam rubri.nostre quero primo:fide-iussor cōstituit se principalē debitorem an hoc casu poterit priusꝙ principalis cōueniri:in quo dicas ꝙ nō.nā certum est eū p alio interuenire ꝛ origo inspi-ciēda est:ita no.Azo in summa de fide iuss.ꝛ Specu.in tit.de renū.ꝛ cōclu.§.j. ver.sed si fideiussor.alleg.in arg.l.qui id qd.ff.d dona.ꝛ.l.si fili⁹.§.ad mace.et idē tenet Pe.d anc.l.c.accedens.extra de procu.ꝛ Barto.in rubr.§.iudi.solui. in vlt.col.p quib⁹ faciūt dicta p Cy.et Bal.in.l.j.C.de satisdādo mihi videt ꝙ hec doctorū decisio nō possit pcede re siue loquamur de equitate siue loq̄ mur de rigore iuris:nā si loquimur de eq̄tate poterit cōueniri priusꝙ princi-palis nedū hoc casu qd ꝯstituit se prin cipalē debitorē:sed si esset simplex fide iussor etiā si non renūciasset bñficio de fideiussorib⁹:vt satis late dictū ꝛ ostē-sum est.§.in.v.col.in.vj.fallē.dū tracta ui qñ agit de eq̄tate ꝛ bona fide ꝙ tūc fideiussor nō habet beneficiū excussio nis ꝛc.qd nō repeto ne replicē idē per idē.si aūt loquimur de rigore iuris idē videt dicēdū ꝙ ipse fideiussor qui cōsti tuit se principalē debitorē poterit cōue niri anteꝙ principalis:qꝛ si aliter dice rem⁹ seqret ꝙ ista cōstitutio de debi-tore principali facta p ipm fideiussorē nihil operaret:sed supflue esset dicta ꝛ apposita in cōtractu ꝙ nō est dicendū iuxta ea que habent in.l.ampliorē.§. in refutatoriis.C.de app.ꝛ in.§.quib⁹. in.j.constitu.C.ꝛ in.c.solite.de maio.et obe.cū si.sequeret etiā ꝙ nō esset diffe rentia quādo quis obligat se tanꝙ prin-cipalē debitorem et quando se obligat tanꝙ simplicē fideiussorē ꝙ non est di cēdū.si em idē essent cur diuersis noi-b⁹ nūcuparent:iuxta.l.fin.C.de codici. ¶Nec ob.rō allega.per Spec.ꝛ alios vcꝫ ꝙ origo est inspiciēda qꝛ respōdeo ꝙ hoc esset verū:nisi post originem:se-queret aliud idē importans ꝙ ipsa ori go nā tūc cū ista duo sint paria nō de-bet attēdi origo qꝛ subsequēs parifica

63 tur cū ipsa origine pro quo facit:†nam habemus regulā ꝙ accessoriū sequit principale.c.accessoriū.de regu.iur.in vj.l.fi.C.de non nu.pecu.l.fi.ff.de cons sti.prin.cū vul.ꝛ attendit ꝙ principali-ter agit.l.si quis nec causam.§.si cer. peta.attamē si superuenit accessorium eque vel magis potēs principali atten dit ipsum accessoriū relicto principali qd est originariū:hoc patet plurib⁹ mo dis:primo in iuramento:nā si fact⁹ est cōtract⁹ de sui natura null⁹ vel ex pro hibitione legis vel ex aliqua alia cau sa.ꝛ super eo interponat iuramētū qd est accessoriū validabit ipse cōtractus: ꝛ non attendet origo ꝛ esse seu natura ipsius cōtract⁹ sed attēdet accessoriū:ꝛ sic iuramētum hoc patet in plurib⁹ lo-cis:patet em in.c.cū cōtingat.de iure iur.in.c.licet mulieres.eo.titu.in.vj.in c.ij.de pact.eo.lib.in aut.sacramēta pu berū.C.si aduer.ven.habet.in.l.si quis maior.C.de transac.in.l.ij.C.de rescin. ven.ꝛ in aliis locis que breuitatis cau sa omitto. Faciat etiā nā sicut vba te-statoris:ꝛ priuilegiorum in dubio sunt intelligenda:vt nihil sit in eis supfluū. vt.l.si quādo.de leg.j.ꝛ in.c.si papa.de priui.li.vj.ita verba contrahentium de bēt sic intelligi:vt in dubio non sint su-perflua sed aliquid importēt.l.si stipu latus.in prin.cum gloss.sua.ff.de vsur. glos.ordinaria est in.l.j.ff.de pericu.ꝛ cōmo.re.vē.ꝛ no.in.l.j.C.de pac.pigno. ꝛ voluit Are.in consil.suo.cxlix.incipi.

64 paucis ꝛc.in.ij.col.†Et ideo dixit not. Bal.l rub.C.de ꝯtrahē.emp.in.ix.q.ꝙ vnūquodꝙ verbū ēt minimū appositū in ꝯtractu seu instrō dꝫ aliqd opari:qd dictū refert ꝛ sequit.d.Alex.in ꝯsi.suo clj.incip.viso themate.in.ij.colū.in.ij.

Abb. ... in.c. ... [illegible]

volu.z in cõsi.clvij.incip.in causa et li-
te.in.iij.col.in eo.vol.z in consi.cxxxiij.
incip.sup questitis.in fi.in.v.volu.et in
cõsi.lxviij.incip.visis et opportune.cir
ca me.in.v.volu.z Joã.de ana.in cõsil.
suo.xcviij.incip.visis zc.z idem voluit
Barba.in rubri.de rescrip.in pe.car.in
vlti.col.z in.c.sedes apostolica.in.vij.
car.eo.titu.Modo in casu nostro si di-
cerem⁹ q ille q̃ constituit se principalē
debitorē:non possit principaliter con-
ueniri omisso principali debitore: se-
queretur q ista constitutio principalis
oblationis quã fecit iste fideiussor nihil
operaret:qđ nõ est dicendũ per predi-
cta:et sic ex oibus istis dico q fideius-
sor q̃ cõstituit se principalē debitorem:
poterit tanq̃ principalis debitor con-
ueniri principaliter omisso ipso princi
pali debitore:siue loquamur de bona
fide z equitate siue loquamur de rigo-
re iuris nõ obstãtibus dictis a Spec.
65 z sequẽtib⁹ in locis p̃dictis.†¶ Ulte-
rius antecq̃ intrẽ alias questiones ad-
uertas ad vnũ qđ nolo omittere i hac
rub.videlicet q si plures rei debendi
constituerent apud aliquẽ pro mutuo
pecunie vel alteri⁹ rei:licet habeãt be
neficiũ de duob⁹ reis zc.attñ si in rei
veritate ad vnũ eorũ tñ peruenit pecu
nia vel res mutuata ille talis est prin-
cipalis obligat⁹:alij antẽ habent loco
fideiussorũ:z fideiussorũ beneficio gau-
dent:ita singu.dixit Guil.de cug.in.l.
sed iulianus.§.idẽ ait si duos.per illũ
tex.ff.ad mace.qđ dictũ pro valde not.
refert z sequit Lu.ro.in cõsi.suo.cxiiij.
incip.visis supra cõsultis zc.in pnci.et
idẽ firmat Do.Alex.in.l.marcellus.§.
eo.z Joã.de ana.in consi.suo.lx.incip.
in questione ista zc.de quo dixi in sin-
gu.meis singu.ij.vbi videas.(Uide
ad p̃dicta omnino Flo.in.l.null⁹.post
prin.ff.de testib.et vide.l.in.lxxxv.col.
versi.lvij.)Et pro hoc dicto facit nã in
casib⁹ in quib⁹ fideiussor nõ habet be-
neficiũ excussionis tũc si ipe fideiussor
doceat principalē condebitorē emolu-
mentũ negotij esse cõsequutũ tũc dice
re poterit excutias primo debitorem
principalē sumptib⁹ meis:et hoc casu

facta tali obligatione tenebit creditor
excutere:primo principalē debitorem
antecq̃ fideiussorē:ita probat text.z ibi
Bar.z lati⁹ Pau.de cast.in.l.vnde que
ritur.in princi.§.cõmo.z hoc etiã deci-
dit ex his q̃ no.Bart.in.l.in duobus.§.
§.post me.ver.q̃ro pone ad vnũ ex cor-
reis.ff.de duo.reis.z p hoc est bonus
text.in.l.cũ plures.§.vestimẽta.ff.loca.
z facit text.in.l.si vt certo.§.nũc viden-
dum.et.l.ij.in versi.sumptus.§.commo.
66 ¶ †Modo ingrediẽdo questiões q̃ro
secũdo vtrũ recipiẽs fideiussorē min⁹
idoneũ videat eũ approbasse:adeo qđ
non possit petere vlteri⁹ sibi caueri:in
quo dico q sic q sibi p̃iudicat z qđ vi-
detur eũ approbasse:nec pter hoc po
terit petere iter̃ sibi caueri:ita probat
tex.in.l.q̃ satisdare.q̃ est.l.iij.§.eo.in.§.
fi.z in.l.iter causas.in.§.abesse.§.mã-
da.z text.in.l.si is a quo.§.fina.§.vt in
pos.lega.idẽ tenet Alex.in cõsi.suo.lx.
incip.cõsideratis.in.j.col.(Et in cõsi.
xxxiij.incip.cõsideratis.in.j.col.in.vij.
volu.)Pro quo facit qđ dicit Joan.de
ana.in.c.intelleximus.l.xj.col.de adult.
in ver.nec ob.si dicat vbi dixit q actor
pvocãs reũ inhabilē ad iudiciũ videt
eũ habilē ad litigandũ reputare adeo
q nõ poterit postea ei⁹ personã impu
67 gnare.†Idẽ etiã firmat Lud.ro.in re-
pe.rub.ff.de arbi.in.lx.car.in fi.iij.col.
versi.an sicut zc.nisi fm eũ ibi in cita-
tione sit apposita clausula cõpareas:
si tua putaueris iteresse:q p talē clau
sulã inhabilis citat⁹ nõ videt habili-
tari.alleg.ad hoc doctrinã Bal.in.l.li-
bertus a patrono.§.de in ius voc.z vo
luit etiã Bal.i.l.fi.C.de edi.diui adria.
tollen.z in.l.si suspecta.ff.de inoffi.te-
sta.z Lu.ro.in.l.de pupillo.in princ.ff.
de ope.noui nun.et Cepo.in cau.ccv.
68 incip.si facis.†Item pro predictis fa-
cit qđ dicit Alexan.in consi.cxlij.incip.
viso processu.circa finē.vbi dixit q il-
le qui contrahit vel compromittit cũ
aliquo videtur eũ approbare pro ido-
neo.allegat.l.qui cũ alio.ff.de reg.iur.
z.d.l.iij.§.eodem.et.d.l.inter causas.§.
abesse.et facit etiã qđ voluit Bal.in.l.
si quis testibus.C.de testibus.vbi dixi

q si pduxi instrumentũ manu cuiusdã
notarij alias inhabilis videor eum ap
probare adeo q si postea cõtra me p-
ducat aliud instrumẽtũ manu eiusdẽ
notarij nõ potero illũ notariũ vt inha-
bilẽ repellere ex quo semel videor ipm
approbare: et facit dictum Bal. quẽ ibi
sequit Jo. de Jmo. in. l. q testamẽto. ff.
de testa. vbi dicit q si approbaui psonã
legatarij in fauorem testamẽti in quo
sum heres institut9 nõ possum postea
eũ repellere si voluerit deponere pro
69 suo legato. † Ad qd facit dictũ Bal. in
l. data opera. in. xv. colũ. C. q accus. non
pos. vbi dixit q si feci citare aliquem in
testẽ in iudicio amplius eius personã
nõ potero reprobare: qd etiam voluit
Bal. et Jmo. in. l. ad testiũ. §. cõditionẽ.
70 ff. de testa. † Et facit qd voluit Bald. in
l. ij. in. xv. colũ. C. de edic. diui. vbi dixit
q ille q facit citare aduersariũ suũ ad
iudiciũ videt ei9 personam approbare
adeo qd nõ põt postea illũ improbare:
et idẽ dixit Bar. in. l. cũ mulier. in. ij. co.
ff. so. ma. Bart. in. l. de pupillo. §. seruo.
ff. de ope. noui. nũ. et Bal. in. d. l. cũ mu-
lier. in. x. col. et Bald. in. l. ij. circa fi. C. de
pac. et Bal. in. l. j. §. offidius. ff. ne qs eũ
q in ius voc. et Bal. in. l. ob maritorũ. C.
ne vxor p ma. et Bal. in. l. qnquaginta.
ff. de excusa. tu. Bal. et Ange. in. l. si su-
specta. de inoffi. test. Bal. in. c. cũ inter.
in. iij. col. de elec. Bal. in. c. testimoniũ.
in fi. de testi. Bal. in. c. in noie dñi. et in
c. de testi. eo. tit. Ang. in. l. fi. fa. §. ad de-
fendendũ. ff. de pcu. Jo. de ana. in. d. c.
intelleximus. de adul. in. xj. col. et Jnno.
in. c. cũ inter. de excep. quem sequit ibi
d. An. et idẽ tenẽt doc. in. l. j. §. cũ dicit.
et in. §. hec stipulatio. ff. si cui plusq. p
l. fal. et. d. An. in. c. exhibita. in antepe.
col. de iudi. ita etiã firmat Cep. in cau-
tela sua. ccv. inci. si facis. vbi singularis-
71 ter loquit. ¶ † Jstis etiam addi potest
theorica Bar. in. l. creditores. in sua re
pe. C. de pig. et Bald. in. l. s. C. de serui. et
aqua: vbi dixerũt q si vẽdo tibi domũ
cũ hoc q si infra annũ nõ solueris mi-
hi pretiũ licitum sit mihi propria auto
ritate ingredi fundũ tuũ si labitur an-
nus: et non sit soluta talis pecunia et
ego accedã ad iudicem et petã q mihi
det licentiam et autoritatem intrandi
fundum tuũ pro satisfactione pecunie
mee: q si iudex recusat dare mihi talẽ
licẽtiã non potero postea ingredi pro-
pria autoritate absq pena qr mihi im-
putetur si poterã ingredi propria auto
ritate et accessi ad iudicẽ pro licentia:
ideo hãc viã quã mihi elegi debeo pa-
ti. l. mulier. §. fi. ff. q me. causa. p qbus
etiã faciunt dicta per Bal. in. l. tale pa-
ctum. in. §. q prouocauit. in. x. col. C. de
72 pac. † Et p istis facit qd voluit Ange.
de are. in lib. malefi. in verbo. de anno
pñti. in vers. scdo qro etc. vbi dicit q li-
cet dies de necessitate in libello crimi
nali nõ sit apponendus per. l. libellorũ.
ff. de accu. nihilominus si per accusa-
torẽ apponat et non probet de ipso die
licet oia alia probentur: tñ reus debet
absolui: imputet hoc sibi accusator si
postea non probat. alleg. l. habebat. ff.
de instito. Et ex istis satis constat in p-
posito questionis nostre: q ille qui re-
cipit fideiussorẽ minus idoneũ: videt
eũ approbare: nec potest se cõqueri de
hoc: qr est sibi imputãdũ per predicta.
73 ¶ † Sed queri põt tertio vtrũ ipse q
talẽ fideiussorẽ recipit possit dicere q
ignorauit illũ non esse idoneũ: ideo pe
tit sibi de nouo caueri: in quo dicas q
sic: q talis creditor hoc põt dicere et pe
tere fm glo. in. l. si qs stipulatus sit sti-
chũ aut pãphilũ. §. fi. C. de ver. obliga.
q pbat q receptio fideiussoris nõ ido-
nei ignorãter facta a creditore sibi non
piudicat. ad idẽ gl. in. d. l. inter causas.
in. §. abesse. C. mãda. et in. d. l. si is a quo.
§. fi. p qb9 glos. facit. l. promittendo. §.
si a debitore. ff. de iure do. sz do. Alex.
in hoc dubio in cõsi. suo. lx. inci. cõside-
ratis preallegato. in. j. col. in. v. vol. te-
net contrarium: et hoc qr ille q accepit
dictũ fideiussorẽ psumit habuisse sci-
tiã conditionis sue: nã ille q cũ aliquo
cõtrahit presumit scire vel scire dz cõ-
ditionẽ suã. l. q cũ alio. ff. de regu. iu. cũ
si. ibi allegat. et paria eñi sunt scire vel
scire debere. l. q te. ff. si cer. pet. l. late.
in prin. J. de verb. signi. l. si titius. J. eo. et
subdit ibi ipse. d. Alex. q si talis credi-

tor vult dicere nesciuisse illū fideiusso-
rem nō esse idoneū z petere q debitor
de nouo satisdet: erit sibi necesse proba
re q ille fideiussor nō idoneus comuni
opinione reputabat idoneus diues et
soluēdo ad hoc vt ipse q eū accepit ex-
cuset. alle. l. iij. ff. ad maced. et. l. miles.
§. mulier. ff. de adul. l. barbarius fil. ff.
de offi. preto. vel esset opus ipi credito
ri probare q debitor sibi affirmasset q
dictus fideiussor erat soluendo p. d. l. si
titius. ſ. eo. ita est de mente Ange. in. l.
ſ. §. si qs in ius voc. non ie. z ibi hoc cla
rius ponit Pau. de cast. ita etiam tenet
Pau. de cast. in. d. l. q satisdare. ſ. eo. vbi
dicit q si qs recipit fideiussorē non ido
neū facultatibus ignoranter nō tñ p hoc
poterit petere iterato aliū fideiussorez
idoneū sibi prestari nec ēt interesse ali-
quod sibi dari nisi interuenerit dolus
debitoris pstantis fideiussorem qr affir
mauerit illū esse idoneū vel nisi iustis-
sima ignorātia recipiētis interuenerit:
vtputa qr cōiter reputabatur idoneus
ipse fideiussor. als imputet sibi creditor
qui accepit talem fideiussorē quare nō
explorauit eius cōditionē: et ita dicit de
facto seruari: ideo dicit q per cōitates
solent deputari qdaz approbatores fi-
deiussorum q approbant fideiussores suo
piculo: ita dicit. d. Alexā. in. d. consi. suo
lx. incip. cōsideratis zc. in. v. volu. z ibi
etiā rñdet ad gl. supius alle. contrariū
innuētes: vcz ad gl. in. d. l. si qs stipula-
tus sit stichū. §. fi. cū aliis preallegatis.
q verū est q qñ creditor recipit igno-
ranter fideiussorē nō idoneū facultati
bus sibi nō preiudicat. s. qītū ad hoc: qr
potest agere ad interesse contra illū q
tenebat pstare fideiussorem: vcz quāti
sua intersit pstitū nō eē fideiussorē ido
neum: ita fm eū loquit tex. z glo. in. d. l.
si qs stipulatus. §. fi. sed ad fideiussorē
nouū idoneū prestandū agere non pōt
creditor: vt in. d. l. iij. in fi. ſ. eo. et subdit
ipse Alexā. q hanc opi. sequitur Bar. z
Ange. in. d. l. iij. et Pau. de cast. ibi: z re
probat ipse Alex. opi. seu respōsionem
contrariā datā ibi a Jo. de imo. ita resi
det. d. Alex. in. d. cōsi. suo. lx. z in. l. si cuz
74 dotē. in. §. si mulier. ff. so. ma. ¶ † Que

ro qrto vlterius subsequēter: pone dat⁹
est fideiussor idoneus a debitore ipsi
creditori q est diues: z soluendo sed ex
post efficit inhabilis paup inops z nō
soluendo: vtrū hoc casu creditor possit
cogere debitorē ad prestandū iter aliū
fideiussorē idoneū: in quo dicas distin-
guēdo q aut qs tenebat satisdare offō
iudicis aut ex conuētione partiū z sic
aut satisdatio est pretoria aut conuen-
tionalis: primo casu si datus sit fideius-
sor idoneus q postea efficiat inops: pōt
debitor iterū cogi ad satisdandū z pre-
